Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1228
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et facit eam tremere: qui tangit mon
tes et fumigant. Cantabo domino in
uita mea: psallam deo meo quam diu
sum. Iocundum sit ei eloquium meum:
ego uero delectabor in domino. Deficiant
peccatores de terra et iniqui ita ut non sint: be
nedic anima mea domino.
Confitemini domino et inuoca
te nomen eius: annunciate in
ter gentes opera eius. Cantate
ei et psallite ei: narrate omnia mira
bilia eius. Laudamini in nomine scō
eius: letetur cor querentium dominum.
Querite dominum et confirmamini:
querite faciem eius semper. Memento
te mirabilium eius que fecit: prodigia
eius et iudicia oris eius. Semen abra
ham serui eius: filii iacob electi eius.
Ipse dominus deus noster: in uniuersa
terra iudicia eius. Memor fuit in se